

M. Luther, Dictata super Psalterium (1513-1515), WA 55/1 und 2

Ad Ps 78 (77V), 49ff.: WA 55/2, 574-576; 582-584

[Seite 574]

[1164] 77, 49 –51 [Decima] Misit in eos iram indignationis suę, indignationem et [1165] iram et tribulationem, immissiones per angelos malos. Viam fecit [1166] semitę irę suę, non pepercit a morte animarum eorum, et Iumenta [1167] [eorum] in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in [1168] terra & Egypti, primicias omnis laboris in tabernaculis Cham. Hic [1169] vltima plaga describitur et Inuoluit quintam Exo[di, scil. pecorum mortem. [1170] Describit autem eam factam per ministerium angelorum malorum. Et [1171] quod magis de spirituali loquatur, Indicat, quia dicit ‘morte animarum [1172] eorum’. Multum etiam differunt ‘ira’ et ‘ira indignationis’. Quia ‘ira indignationis’ [1173] est, qua non solum temporaliter punit in corpore, sed etiam in [1174] anima spiritualiter. Ideo ad magnitudinem illius mali exprimendam ita [1175] repetit et ingeminat ‘iram’ et ‘iram’ etc. Hec est enim nouissima plaga: qua [1176] Iudei sunt destructi. Ipsi enim erant ‘primogeniti’, Quia legem prius quam [1177] gentes acceperunt. Sed hoc totum secundum carnem. Quia ‘facti sunt [1178] nouissimi primi et primi nouissimi’. Non enim ex electione gratię, Sed ex [1179] successione naturę erant primi ad populum Dei.

[1180] Bl 140 v3, 5909 Sic itaque Deus omne primogenitum occidit, vt susciperet primogenitum [1181] aliud offerendum, scil. spiritum. Caro enim ante spiritum, Et [1182] prior natuitas carnis in ira quam natuitas spiritus in gratia. Et per hunc [1183] illa tollitur Et occiditur. Quia iam non qui filii carnis nascuntur, Sed qui filii [1184] fidei et promissionis. Igitur Occidi primogenita Est reprobare et abiicere [1185] populum secundum successionem carnis. Et qui huic reprobationi non [1186] acquiescit, simul cum ea proiicitur, sicut Iudeis contingit. Caro enim est

[Seite 575]

[1187] primogenita ante spiritum Et populus carnalis primogenitus ante populum [1188] spirituale, i. e. vetus ante nouum. Hęc igitur est ista horribilis ira [1189] Dei super eos, quia Deus eos omnino reprobavit secundum carnem Et occidit [1190] statum synagoge et legem interfecit, In qua tamen ipsi viuere sese putant, [1191] Sed coram Deo non viuunt. Quod enim eorum sacrificia et ritus et [1192] opera sint mortua, hoc Deus fecit solo verbo, quia ea tulit et diffiniuit cessare. [1193] Illi autem quia nolunt, ideo missa est in eos ‘ira indignationis’. Quia [1194] infinitis plagis puniti sunt et traditi in potestatem angelorum malorum.

[Tabelle]

[[Primogenitum duplex	caro, ante spiritum	sic	Synagoga velut carnalis populus cum suis ritibus fuit ante Ecclesiam, spiritualem populum.
	spiritus		Quia debuit cessare synagoga veniente Ecclesia.]]

[1202] [[Non prius quod spirituale, Sed quod animale.]]

[1203] [[S]icut Caro nascitur [a]nte spiritum, quem oportet [re]nasci Et mysti[ca] [1204] morte occidi car[n]em primogenitam, Sic [po]pulus carnalis ante [1205] [sp]iritualem natus est. Et [Sic] ipsum quoque oportuit [oc]cidi mystica [1206] mor[te], vt renasceretur [sp]iritualis populus. Ergo [p]rimogenitia Egy[p]ti [1207] occisa Est nil [a]lliud Nisi Syna[go]ge populum in li[te]ra viuentem cessa[r]e. [1208] Litera enim viuit, [qu]am diu obligat, Sed [oc]ciditur, cum iam [1209] [im]pleta est per Christum, [v]t non obliget. Ideo [litera] occisa occidit [1210] [o]mnes qui ei adherent.]]

[1211] Vbi autem Nost[ra] trans[latio] habet: ‘Viam fecit semite ire [1212] suę’, heb[reus]: ‘Muniuit semitam furori suo.’ [[Sed alium intellectum secundum [1213] nostrum textum Vide in ser[mone] de 3^a feria pasche: ‘Stetit Ihesus [1214] in medio eorum’ etc.]] Cuius sensus videtur, Quia roborauit et stabiliter [1215] eos punit sine cessatione, non transeunter sicut pios, Sed repetitis [1216] vicibus. Sicut via solet fieri non vno transitu, Sed assiduis vestigiis, Ita [1217] Assiduis vestigiis et indiciis ire Dei, que in illis videmus, iam velut ‘viam’

[Seite 576]

[1218] fecit et viam tritam et valde roboretur. Igitur ‘Semita ire Dei’ Est indicium [1219] et opus ire diuine, quod in illis apparet nobis et illis. Huic autem semite [1220] 3, 591 ‘fecit viam’ i. e. assiduationem et per petuitatem tritamque continuitatem. [1221] Semita enim Dei Sunt opera Dei, Semita autem ire Dei Sunt opera [1222] punitionis et vindictę Dei. Sic per prophetam minatur.

[1223] Igitur perfecta ira et perseverans isto verbo describitur.

[...]

[Ad Ps 77,66]

[Seite 582]

[1427] 77, 66 **Et inimicos suos percussit in posteriora: opprobrium sempiternum [1428] dedit illis.** Hii sunt Scribe et legisperiti cum suis, veri Philistei, [1429] Qui tempore Christi populum

fidelem oppresserant et falsis doctrinis [1430] seduxerant et occiderant. Insuper et ipsam arcam i. e. Corpus Christi captiuauerant [1431] et occiderant, que fuit tunc tradita in manus inimici. Vel ‘Arca’ [1432] Est Scriptura sancta in vero suo intellectu, [[quam sicut C[hristum] in [1433] corpore, [ita] in verbis eius [cru]cifixur[un]t,]] quam ponunt Iuxta idolum [1434] suum Dagon, i. e. torquent eam ad suum sensum, cum suum sensum potius [1435] ad illam torquere deberent. Sed arca facit Dagon precisis manibus, capite

[Seite 583]

[1436] et pedibus truncum, Quia vident, quod suus sensus nec opera nec verba [1437] nec ullum vite sensum habet. De quo alias.

[1438] ‘Percussit’ igitur eos ‘in posteriora’ Dominus, Quando in temporalibus [1439] eos afflixit et fecit sperare in illis, que tamen velut stercora reputanda docet [1440] Apostolus. Sane ‘posteriora’ in spiritu sunt ipsum corpus Sicut anteriora [1441] ipse anime. Vnde ad Mosen: ‘postiora mea videbis’. Secundo sunt [1442] ipsa temporalia, ad quę versatur posterius nostrum, scil. corpus, et anteriora [1443] sunt ipsa eterna, ad quę versatur anterius nostrum, scil. Spiritus. [1444] Sed hoc loco videtur expressius quid significari, Quod ‘extales illorum’ i. e. [1445] intima viscera eorum prominent per posteriora. Quia aliud est posteriora [1446] et nates, In quibus sedetur. Et labor est ante me illud cognoscere. An [1447] forte, Quia Iudeis nulla certa sedes est in mundo? agitantur enim vagi per [1448] diuersa loca.

[1449] Sed quia hec sunt inhonesta nostra, que solemus occultare, Ideo videtur, [1450] Quod significet Iudeorum malitiam et perfidiam, quam in Christum [1451] exercuerunt, effusam per totum mundum cum dolore illorum et indignatione, [1452] Ita vt sint in opprobrio per illud opus omnibus gentibus et inexcusabiles. [1453] Faciunt tamen sibi ‘sedes pelliceas’ i. e. consolationem de paterna [1454] [carnali] propagine [[Vel de lite[ra]li sensu Scr[ipture]]], in qua requiescant, [1455] sedent et nituntur et ita se adhuc excusant, licet factum omnibus [1456] 3, 597 palam negare nequeant. Quoniam | ‘prominent extales eorum’, i. e. intima [1457] sui cordis et desyderia contra Christum adhuc ostendunt, per quę tunc [1458] stercus suum effuderunt. Ergo ‘prominere extales’ Est apparere voluntatem [1459] nocendi et malefaciendi, cum non possint feces malorum euomere in [1460] illum.

[1461] Quod autem quinque Anos aureos et mures [offerunt] deo isti, quem [1462] non colunt, Est quod de seipsis Censum soluunt Cesari Christiano. Vel adhuc [1463] me latet mysterium.

[1464] Vel ‘postiora eorum’ sunt fama illorum [operum], que putrescit et [1465] fetet iam per totum mundum reuelante euangelio. Et ‘extales eorum’, Quia

[Seite 584]

[1466] Euangelium etiam intima cordis eorum mala pandit, quales erant intus. [1467] Et hoc est ‘opprobrium illorum sempiternum’.